Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

94

Deus venie largitor et humane salutis auctor. quesu-
mus clemenciam tuam. ut nostre congregationis fra-
tres familiares et benefac. qui ex hoc seculo transierunt. beata
maria semper virgine intercedente. cum omnibus sanctis. ad p-
petue beatitudinis consorcium pervenire concedas Per dominum
nostrum iesum christum Dominus vo. Requiescant in pace Amen
Eodem modo fiat absolucio quintodecimo kalendas octobris.
in unaquaque abbacia ordinis nostri. commemorante cantore Et eadem
die ad vesperas incipiatur sollempne tricenarium. nisi forte in crastino dies p-
cipui ieiunii. vel dominica dies occurrerit Quod cum contingerit. absolucio
quidem non differetur. sed in die sancti Mauricii. nisi forte et ipsum dies dominica
sequi debuerit. ad vesperas incipietur sollempne tricenarium. et sequens dies, que tunc
prima erit tricenarii sollempniter agetur. Post absolucionem defunctorum prose-
tur qui capitulum tenet, et dicat quid pro eis amplius fieri debeat
Tres prebende omni die in unaquaque nostri ordinis abbacia. Ab unoquo-
que eciam sacerdote viginti misse infra annum. A ceteris decem psalteria.
Qui vero psalterium nescivit mille quingentis vicibus Miserere mei.
vel totiens. pater noster. In quibus omnibus si priusquam persoluta fuerint. de parenti-
bus seu de familiaribus nostris. vel eciam de fratribus nostri ordinis aliquis obie-
rit. recipi poterit. nisi forte ea aliquis per negligenciam suam nondum persolverit
Siquis tamen quamvis adhuc debito teneatur capituli. vel aliis eciam tem-
poribus quamdiu debet aliquam missam pro defunctis. de precepti sollempni-
tate ex devocione cantare, voluerit. non ei reputabitur pro negligencia Et ex
qua hec absolucio facta est. unusquisque quod fratribus suis debet. non expec-
tato reditu abbatum de capitulo devote, ut deus aucque dederit, solvere satagat

De parentibus nostris quomodo absolvantur

Patres. matres. fratres. sorores. et consanguinei defuncti
fratrum ordinis nostri. requiescant in pace Amen